

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Exercitium aliud ad eadem vulnera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Exercitia precatio[n]esq[ue] ad sacratissima quinque vulnera Domini nostri Iesu Christi, iuxta cuiusque & deuotionem & capacitatem ordinata ac distributa, que mirum in modum mentem humana[m] expurgant, illuminant, ac in Deum transformant.

Ad vulnus dextri pedis Iesu, Precatio.

Dulcissime Domine Iesu Christe, in hoc vulnera dextri pedis, peto ignoscas mihi quicquid cogitatione aut affectione prava contra te deliqui, supplexq[ue] tuis sanctissimis meritis, quicquid boni cogitare aut amare debui & neglexi: & facias ut posthac te solum cogitem, te solum desiderem: nihil mihi placeat, nihil me afficiat nisi tu Domine Deus meus, Amen.

Ad sinistri pedis vulnus, Precatio.

Dulcissime Domine Iesu Christe, in hoc vulnera sinistri pedis, queso ignoscas mihi, quicquid sensuum meorum incontinentia ac abuso in te deliqui: & concludas omnes sensus meos intra te, ut velut mortuus mundo, nihil videam, nihil sentiam, nisi te, Deum meum pro me crucifixum, Amen.

Ad vulnus dextre manus, Precatio.

Dulcissime Domine Iesu Christe, in hoc vulnera dextræ manus, queso ignoscas tunc tuis actibus meis, & operibus malis ac virtutis, quibuscumque benignitatem tuam vñquam offendi, & supplex tuis operibus præclarissimis, atque sanctissimis, quicquid vñquam ego, quod facere debui, neglexi: & facias ut posthac per gratiam tuam emundatus a peccatis, vitæ tuæ sanctissimæ per deuotissimam imitationem merear conformari, Amen.

Ad vulnus sinistre manus, Precatio.

Dulcissime Domine Iesu Christe, in hoc vulnera queso ignoscas omnium impatientiarum atque immortificationi meæ, quomodo cumque per eadem deliqui & mihi propines ex hoc vulnera mitissimam patientiam, in omnibus adversis. Tibi enim hic offero & commando & me, & omnia mea, tam laeta quam aduersa, Amen.

Ad vulnus amantisimi cordis Domini nostri Iesu Christi, Precatio.

Odulcissime Domine Iesu Christe, in hoc vulnera queso ignoscas mihi quicquid voluntate mala, aut intentione non sincera contra te vñquam deliqui, & offero tibi nunc cor meum, ut illud cordi tuo vñias, ut te solum in omnibus queram & purè intendam, aliamq[ue] præter tuam voluntatem post hac nullam habeam, Amen.

Exercitium aliud ad eadem sacratissima quinque Christi vulnera.

Ad gloriosum vulnus dextri pedis.

Benedictum sit sacratissimum vulnus dextri pedis tui Domine Iesu Christe. Rogo te clementissime Iesu, ut in hoc vulnera tribuas mihi pauperi peccatori, profundissimam ac perfectissimam humilitatem, cum desiderio propriæ annihilationis & despectionis: obedientiam cum plenissima resignatione & abnegatione meipius, castissimam puritatem cum simplicitate cordis, Amen.

Ad glo-



Ad gloriosum vulnus sinistri pedis.

Benedictum fit sacratissimum vulnus sinistri pedis tui, dulcissime Domine Iesu Christe. Tribue quæso misericordissime Iesu ex illo vulnera mihi misericordio peccatori, patientiam perfectam & veram, omnia gaudenter & desideranter pro tuo amore tolerare: fortitudinem, qua valeam omnia quæ tue inimica sunt nomini, per te & in te superare: & constantiam, quatenus omni momento in gratia tua & virtutibus proficiens, eternaliter cum gratiarum actione & indeclinabili tecum valeam perseverare.

Prouidentia & discretio nigræ mea benignissime Iesu commendo, quia ego me regere nec possum, nec scio, nec volo, sed tu & dilectissima mater tua, & Angelus meus custodiat, regat & dirigat me in viam iustitiae, Amen.

Ad vulnus gloriostum dextra manus.

Benedictum fit sanctissimum gloriostissimumq; vulnus dextræ manus tuæ, Domini nigræ Iesu Christe. Obsecro te per omnes tuas penas & cruciatus, omnemq; fructum sacratissimæ passionis tuæ, ut in hoc vulnus immergas misericordiam & animam meam, & eam per tutum preciosum sanguinem lauare digneris à cunctis maculis omnium peccatorum meorum, præcipue quæ vñquam admissi contra tuam paternam, superiorumq; meorum voluntatem: mihiq; infunde digneris gratiam simplicissima humillimatè obedientiæ, Amen.

Ad gloriosum manus sinistram vulnus.

Benedictum fit sanctissimum vulnus sinistram manus tuæ, amabilissime Domine nigræ Iesu Christe. Rogo te misericordissime Iesu, ut in me omnia vitia, concupiscentias & malas affectiones occidas, & sanctissima vulnera passione tuam cordi meo imprimas indelebiliter, & facias me ab omnibus mundanis ac extraneis consolationibus separari, & mihi ipsi funditus mori, ut tuæ sanctissimæ vitæ & passioni valeam conformari, Amen.

Ad vulnus gloriostum amantissimi cordis Iesu.

Benedictum fit sanctissimum vulnus benedicti lateris tui, dulcissime Domine Iesu Christe. Suscipe Domine Iesu cor meum, omnes vires & potentias animæ meæ, & abstrahere eas ab omni affectu, & denuda ab omni specie aut cogitatione rerum temporalium, omniaq; interiora mea in hoc reverendissimum vulnus, in plenitudinem charitatis, in fontem vitæ absorbe, & cum corde tuo suauissimo inseparabiliter & inauertibiliter vni, quatenus nihil a modò facere, nihil veille, desiderare aut cogitare valeam, quod sit contra voluntatem tuam: sed solummodo plenissima & perfectissima meipius abnegatione tuam voluntatem in omnibus adimpleam, per ipsum firmam, fidem rectam, charitatem perfectissimam, tibi Deo & creatori meo indissolubiliter conexus ingere, adhæream, Amen.

Alio adhuc modo Exercitum tibi occurtere potest, quod circa Rosarium vite & passionis Christi iampridem edidimus, ut in dexteri pedis vulnus recondas peccata tua, à quibus petas te emundari, liberari ac preservari. In sinistri pedis vulnus recondas negligencias & obligaciones tuas, quas petas emundari & suppleri. In dextra manu vulnus recondas omnes aclus & contractus, Dei gratia in te suscitatos, quos petas conservari & perfici. In vulnus sinistram manus recondas omnia beneficia, gratias & donata tibi à Deo collata, petens ea confirmari & augeri ad Dei gloriam. In vulnus cordis Iesu recondas cor tuum, & omnes potentias,

3

vires,



vires, intentiones & affectus tuos, petens illa in cor Christi absorberi, atque eius spiritui vniiri.

Exercitium aliud est ad vulnera Iesu, vt dextri pedis sit tibi balneum aut baptismus, quo munderis a peccatis. Sinistri pedis sit valetudinarium seu apotheca, ubi a virtutis cureris. Dextera manus sit tibi vestiarum quo virtutum ac meritorum Christi vestiaris: Sinistra manus sit tibi castrum ac propugnaculum, quo contra hostes malignos, & tentationes mundi ac carnis protegari. Cordis vulnera sit tibi balamus, quo sponso tuo Christo amore vincendus coniungaris.

In singula vulnera ingressus, facile tu ipse potes applicare & desideria & aspirationes tuas.

Habens exercitium predictum ad Christi vulnera, posses etiam legere Rosarium B. Virginis, & singulas angelicas salatationes per intentionem deuotionis. singulus Christi vita articulis applicare, atque mente aspirando ad Christum pro illis gratias agere.

Articuli autem sunt quinquaginta vita & passionis Christi, quorum versus memoriales infra habentur in exercitio vita & passionis Christi.

Exercitium aliud valde denotum, in quinque vulnera Christi, & in quinque dolores pia matris eius, ad S.S. Trinitatem, quod solum sufficeret quotidie illud agenti.

Possent quoque hanc incongrue singulis premitti, Pater noster, Ave Maria.

Ad Patrem calestem, oblatio Christi in cruce pendentia.

Clementissime Pater, xterne Deus, pro omnibus peccatis meis, & pro peccatis totius mundi, offero tibi vniigenitum tuum in cruce pendentem: omnem quoque passionem, dolorem, angustiam, pressuram, sanguinem ac mortem eius offero tibi in ea charitate & virtute, qua olim semetipsum obtulit pro nobis in aracrucis. In eiusdem oblationis vniione offero meipsum tibi in laudem, in gloriam, & in beneplacitum tuum sempiternum, Amen.

In vulnera dextra manus Christi Iesu, oblatio. Pater noster, Ave Maria.

Amantissime Pater, hoc vulnus, hunc sanguinem, huc laborem dexteræ vni- geniti tui, eius amorem perfectissimamq; obedientiam offero tibi contra omnia peccata mea & totius mundi: præcipue autem contra omnem inobedientiam & rebellionem meam: imò contra omnem propriam voluntatem meā, orans, vt ex hoc vulneri mihi infundas perfectissimam obedientiam, qua vel nutum quemque beneplaciti tui tam promptus, tamq; obediens sequar, quam sequitur umbra ad motum corporis sui.

Da mihi vt etiam tui amore, & filij tui imitatione, omni creaturæ meipsum humiliem atque subiectam iuxta beneplacitum tuum. Eia benignissime Deus, da mihi abyssalem abnegationem meipius, tantamq; vt sine vno respectu, sine villa retractione cordis, fideliter meipsum totum tibi offeram, totum resignem, totum relinquam, nihil habens de villa proprietate, sed tuum solum amans, querens, faciens, iusticiens, atque sustinens beneplacitum, Amen.

In vulnera sinistre manus Iesu, oblatio. Pater noster, Ave Maria.

Amantissime Pater, hoc vulnus, hunc dolorem sinistram vniigeniti tui, eius amorem eiusq; perfectissimam humilitatem offero tibi contra omnia peccata mea, & totius mundi, & præcipue contra omnem superbiam, contra vanam gloriam omnem, & contra vitia quaecunque inde naescientia, orans vt per gratiam tuam haec in me extinguantur & moriantur,

Oro

